yhus. Maria. Franciscus

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Morbio 22 (143)

Spectabili ac Generoso viro: dno Eusebio guiscardo de loco blanzate / cum Consorte sua et natis eorum: Ordinis Seraphici patris nostri francisci / benefactoribus ~~nostris~~ deuotissimis. / Frater baptista de leuanto / Eiusdem ordinis: R. P. M. G. In Cismontanis partibus. quo ad fratres de obseruantia nuncupatos. Vicarius generalis imeritus: Salutem et pacem in dno sempiternam. / Quius ex charitatis debito omnibus teneamur: Illis tamen longe amplius obligari dignoscimur: Quorum deuotionem certis beneficiorum Indicijs frequentius experimur. Proinde vre deuotionis sinceritatem attendens / qua ad nostrum et pfati pris nostri francisci ordinem geritis: veluti fratrum meorum certa relatione cognoui: Dignum putaui ac diuine acceptabile uoluntati: ut ab ipo ordine prerogatiua sentiatis spiritualium gratiarum. Verum quia nudi temporalibus bonis. charitatis vestre subsidijs / dignam rependere uicem / temporaliter non ualemus: Spiritualibus beneficijs compensare plurimu affectamus. Eapropter / Ego qui (licet Indignus) curam fratrum minorum de obseruantia nuncupatorum: Sororumque sancte Clare de obseruantia / Ac tertij ordinis / In Citramontanis partibus habeo generalem: Vos omnes prenominatos ad confraternitatem nostram / et nre religionis suffragia / In uita recipio / pariter et inmorte: Plenam uobis participationem omnium Charisinatum et spiritualiu bonoru. videlicet. Missarum. Orationum: Officiorum diuinorum. Ieiuniorum: Abstinentiarum: Penitentiarum: Vigiliarum: Disciplinaru: Peregrinationu: Inspirationum: Deuotionu: Meditationu: Contemplationu: Predicationu: Lectionu: et omnium aliorum spiritualiu bonorum: Tenore psentium liberaliter conferendo. Que per supradictos ordines / operari et acceptare dignabitur / clementia saluatoris. Addens insup de dono et gratia singulari. Ut quum diuine placuerit uoluntati / de exilio instantis miserie vos uocare: Vesterque obitus nostro fuerit capitulo nuntiatus: Idem uolo ut pro uobis fiat officium: quod pro fratribus nostris defunctis recitatis ibidem annuatim ex more per totum ordinem fieri consueuit. Valete in dno iesu feliciter. / Datum in Sacro nostro conuentu Sancti francisci Aquis. die duodecima Iulij. 1467. /

fr. b. [illegible] manu p[ropri]a [illegible]

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1857216547-14/fragment/page=0001

1467 12/VII

Morbio 22 (143)

pro dno Eusebio de blonzate curatore

[illegible]